



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 103. Zizimus nuntiis Papalibus traditus, Romamque delatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sacri. XV.  
A.C. 1489.

§. CIII.

*Zizimus Nunciis Papalibus traditus,  
Romamque delatus.*

Jam sextus volvebatur annus, quo Zizimus in Francia degens, privatæ ac obscuræ vitæ tædio absumebatur. Nunc vero per Equitem Planchefortium electum Ordinis Marescallum, & magnum Alverniæ Priorem, cui id munera datum erat, in Italiam delatus fuit, ac die sexta Martii Anno millesimo quadragesimo octogesimo nono in portu Civitatis Veteris appulsus est. Hunc Leonardus Cibo, qui Pontifici sanguine junctus erat, per honorifice exceptit, ipsamque arcem & urbem, quæ Zizimo incolenda decernebatur, Blanchefortio tradidit. Paupelopost Cardinalis Andegavensis, & Franciscus Cibo Princeps Innocentii jussu ad duodecimum ab urbe lapidem Zizimo obviam processere, ac recta Romam, ubi die decima tertia ejusdem mensis advenit, deduxerunt. Zizimus urbem ingenti pompa ingressus, paucis ex post diebus summo Pontifici in Senatu publico oblatus est ab Oratore Regis Francorum, & Rhodio Alverniæ Priore. Admonebatur ab eo, qui tum sacris ritibus præserat, ut reverentiam Sanctitati suæ exhibens ejusdem pedes deoscularetur;

aut

ast ille, si qua fides Historicis quibus-  
dam, ac inter eos Matthæo Boffio Ve-  
rononensi, qui rei interfuit, nullo modo  
adduci potuit, ut ante Pontificem in  
throne sedentem genuflesteret, aut pe-  
des ejus oscularetur. Nihilominus Spon-  
danus testatur, quod quidem osculum de-  
disset, sed tamen cum indignatione pauca  
per Interpretem verba locutus esset; quam-  
vis ceteroquin summi Pontificis Majesta-  
tem summopere admiraretur, a quo eti-  
am perbenigne habitus, ad locum habi-  
tationis suæ, quam in Vaticano habuit,  
dimissus est. Ceterum Principi isti tum  
circiter quadraginta annos nato erat facies  
aspectu ferox ac truculenta, nasus aqui-  
linus, pectus vastum & prominens, ip-  
siusque statura mediocrem longe excede-  
bat.

Sæcul. XV.

A.C. 1489.

*Matth. Boff.*  
*epist 30.*  
*Raynal. ad*  
*bunc ann n. 2.*  
*Spond. ibid.*  
*n. 2.*

## §. CIV.

*Magnus Rhodiorum Magister in Car-  
dinalem nominatus.*

Altera post hæc solemnia die decima  
quarta mensis Martii summus Ponti-  
fex supremum Rhodiorum Magistrum S.  
R. E. Cardinalem Diaconum tit. S. Adria-  
ni, atque generalem in Asia sedis Apo-  
stolicæ Legatum creavit, solis ipsius Ma-  
gistro meritis incitatus; quippe non mo-  
do Zizimum Romanum deduxit, sed etiam  
Egypti Sultanum, ut præstito Pontifici  
*Ciaton. &*  
*Onuph. in*  
*Innoc. VIII.*  
*obſe-*